

P V I S

1 6 1 1





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 50.



7  
BARTOLE  
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XIX.

In tesseram Domini Bilovij Comitis Pal. &c.

*Spes mea CHRISTVS erit; Durum Pati-  
entia vincet.*

**E**st tua spes Christus, COMES, & victoria,  
duri  
Passio: Fert Palmam passio, Christus  
opem.

Inq; malos pennæ gestas vibrasq; secures.  
Spes Styga, dura ferit passio, penna malos.

*Thom. Nev. Poëta Cas. Lector Canoni-  
cus Eccl. Met. Magd.*

MAGDEBURGI,

Typis Andrea Dunckeri, ANNO

M. DC. II.

*L. V. Dn. Alberto Voito  
Jf. Gymn. Senos. Bil.  
Sal. nuncio.*



HONESTO VIRTVTVM QVE DO-  
NIS CONSPICVO VIRO, IOACHIMO  
FATHMANO, Civi apud Stendalienses  
primario, amico meo carissimo.

S. P.



Um proximè Magdeburgi inter ju-  
cunda colloquia, variosq; sermones,  
quos invicem serabamus, te carmi-  
nibus & facetijs imprimis delectari  
inaudirem, tibiq; Epigrammata quæ-  
dam si inscriberem, non ingrata fo-  
re cognoscerem, votis tuis non sa-  
tisfacere nefas esse autumavi: Ad quod præte-  
reà propositū adfinis & hospes meo carissimus & alij  
amici nostri crebri me instigarūt; neq; cur intermitte-  
rem, causas invenī, ( licet malevolorum incursus, mor-  
sus & violentas detorsiones, ut nuper factitatum, non  
effugero ) cum multis id adfirmantibus litterarum &  
litteratorum sis amantissimus & fautor eximius: Mit-  
to itaq; Tibi nunc, quæ mihi inter tot curas atq; mo-  
lestias nata sunt, carmina: quæ ut grata tibi esse patia-  
ris, & eo animo, quo à me proficiscuntur, accipias, neq;  
in deteriore partem arripi aut adulterinum sensum  
detorqueri finas. Verè enim dictum est:

Sit bonus interpretes, nil mala verba nocent.

Sit malus interpretes, nil bona verba juvant.

Et: Dispeream, si non candida Musa mea est!

Vale. Stendalia V. Marchiæ, Mense Ianuario, An-  
no Domini 1602.

*Barptolemaus Bilovius à Bilovv, Co-  
mes & Poëta.*



AD IOACHIMUM FATHMA-  
num, Civem Stendal. Virum Politi-  
cum & politum.



Armen amat quicumq;, beet quem  
carmine Phœbus,  
Dignus is est: dignus crimine  
carptor erit.

*Hinc te carminibus reddo super aethera notum,*

*Et mea post cineres vivere Musa facit.*

*Ingeniose joci flore FATHMANE magister:*

*Est virtus, licitos promere posse sales.*

In I. & H. Lucifugas.

AD CHRISTUM SALVATOREM.

**P***auperiem nobis pars adversaria risu*

*Exprobrat, & famam verberat invidia.*

**J***ESU, lignifabri suboles pauperrima quondam,*

*Istane nequitia facta probare potes?*

*Divitias sperno fluxas, & inania mundi*

*Gaudia, contentus munere, CHRISTE, tuo.*

*Si te habeo, bone CHRISTE, habeo omnia;*

*si omnia præter*

*Te bone Christe habeo; nil bone Christe  
habeo!*

A 2

AD



AD SENATUM STENDALIENSEM, DE  
PETRO VVALTERO juvene  
& Poëta doctissimo.

**C**onsiliis patriam, patres, felicibus urbem  
Qui regitis, Phœbi provehitisq; decus:  
VVALTERVM vobis tenerum commēdo Poëtam,  
Qui patriæ quondam carmine dicet opes.  
Si feret ætatem, neq; Mæcenate carebit:  
Auguro; erit patriæ lumen, & artis honos.  
Præferet haut alium Stendalia magna Poëtam:  
Cernet & haut ipsi Marchia tota parem.  
Subsidium ergo novo proceres, precor, addite vati:  
Quo patriæ quæret commoda, tempus erit.

AD RHODOMELLAM.

**Q**ui miser adflictam per mille pericula vitam  
Exegi, & subijta dia dura vie,  
Multaq; sum variis incommoda passus in oris:  
Nec tamen optatus, quem peto, finis adest.  
Tu RHODOMELLA creas adflicto mille dolores,  
Vris & hoc miseris cor sine fine modis.  
Ipse tuas quamvis laudes & facta celebrem,  
Et fias variis carmine nota locis:  
Tu tamen oblita es nostri, nostraq; Camène:  
Carmina vatis amas, & tamen alterum amas!  
O prope Vesaliam se vorum turba latronum  
Me dimisisset sanguinolenta neci!

Exisi.



Exitium praesens pelagoq, Notoq, minante,  
Cum nulla in Belgis spes erat effugij:  
Parcite, dicebam, vasti o bona numina ponti,  
Et facite, horribiles sistat ut unda minas.  
Tu quoq, ventorum cui regna potentia parent,  
Ah precor indomitos AEole claude Notos!  
O utinam aequoriis tunc piscibus esca natassem,  
Pressisset meos dura catena pedes!  
Cogerer haud tamtos miser o perferre dolores,  
Tot flagra, tormenta & supplicia, atq, cruces!  
Ingenuaq, manu serviles ducere remos  
Mallem ipse, & letho deteriora pati!  
Noctua ut in solis clamat lacrumosa cavernis,  
Mastus ita in solis adibus usq, gemo!  
Ista tamen vivit me fortunatior: accepta  
Est socia: carus sum minus ipse Tibi.  
Sic trahere heu miseram cogar RHODOMELLV-

LA lucem,

In patria donec Me Tibi jungat Hymen!  
Quod nisi fatorum vi fiat, proh dolor, actum est!  
Nempe neci tradet Me ferus iste dolor!

AD IOACHIMUM FATHMANUM  
amicum exoptabilem.

I Pse amo: tu FATHMANE puella amplecteris  
igneis:

Ipse colo Nymphas: tu sine fraude colis.

A 3

Ast



*At diversa manet diversos alea fortis:  
Et felicior est fors tua sorte mea.  
Ipse licet juvenis, tamen heu me spernit amica:  
Tu quamvis senior, vesceris igne Dea.  
Te lata est veniente: tibi secreta revelat:  
Quemq; amet illa, refert, quemq; odio feriat.  
Me veniente fugit: mea nec suspiria curat:  
Ridet & obliquo lumine vota mea.  
Scilicet hac causa est, si fas est vera fateri:  
Interdum philtro, te referente, capit.  
Alterius quando dementabar amore:  
Tunc philtro effectum non habuere suum.*

DE RHODOMELLA, AB OMNI SU-  
perbia ac fastus labe alienissimâ.

**O**Mnibus est plerunq; innata superbia  
Nymphis:

Multa licet mentis crimina sæpè tegat:  
Corporis ac animi donis RHODOMELLA nites-  
Enitet ut rutilâ Lucifer arce poli. (cit.)  
Attamen aureolam generosa modestia formam  
Excipit, & toto pectore fastus abest.

Fastus amabilibus pestis damnosa puellis,  
Ad culmen multis clausit honoris iter.

AD M. IOANNEM FRAXINEUM  
Gothanum Tyrigetam, P. C.

*Quam*



*Q*uam benè bacchantum pinxit tua carmine  
mores

*Pieris indomitos, Æ ANE, polita! probo.  
Ipse Beatorum genitor, bacchansq; caterva  
Præmia non solvent digna labore tuo.*

*Qua poterunt scioli tibi parte nocere, nocebunt:  
Scommatibusq; petent nomen ubiq; tuum.*

*At tu livoris nil curans tela, triumphas:  
Livori virtus cedere dia nequit.*

**IOACHIMO FATHMANO,  
viro faceto.**

*S*t tibi, ceu jactas, adeò favet auria virgo:  
Cur tibi non jungis fœdere conjugij?

*Cur, si non placet, illius non deseris igneis?*

*Cur vanâ lactas spe, Æ IOACHIME, bonam?*

*Non leve peccatum est, facilè vexare puellâ,*

*Quæ sana non est prædita iudicio.*

**AD RHODOMELLAM.**

*P*arcius ure precor, post tot suspiria, vatem,  
Nobilis in mediis nata MELISSA rosis.

*Occule bina tua paucillum siacra frontis,*

*Fulgoremq; citò luminis abde tui.*

*Ipse ego ne, quem suspicis, adspicis unieè & unum,*

*Præ nimis flammis totus eam in cineres!*

**AD IOACHIMUM FATHMANVM, VIRVM**

**bonum & providum.**



**L**umine captus amor, FATHMANE, mi-  
serissima res est:

Qui variâ fatuos anxietate ferit.  
Sæpè enim amatorem incautum fors excipit  
anceps,

Virginis atq; illum dura repulsa premit.

*Per varios cecidit Zubri sic Musula corbes:*

*Cujus amor virvax est Rosabella metris.*

*Augusta quamvis erat hæc pauperrima virgo,*

*Aurifabrum vati prætulit illa tamen.*

*Et Nova demonstrant Fora Principis artibus aucti*

*Celsa Palatini mœnia, polcra situ.*

*Urbs ea formosam produxerat incluta Nympham:*

*Quam Zubro felix abripuit lanius.*

Uxorem quare ducturus cautior esto:

Nec cuivis igneis (suadeo!) crede tuos.

AD RHODOMELLAM.

**T**Riste vale ingeminans nuper non absq; dolore  
Nunc repeto patriæ mœnia nota uæ.

Ipse tuos equidem mores, pectusq; fidele

Perspexi, & vitæ facta probanda tuæ:

Me tamen absente longa intervalla locorum,

Et vafanus amor multa timere facit.

At tu fida mihi maneas, promissaq; serves:

Sic referent laudes secula cana tuas.

Sin minùs: æternâ tua nomina nocte prementur,

Et qualis fueris, carta filebit anus.

AD



mi-  
AD G. MARTINIVM A BALDHOFEN SIL. POE-  
tam Cæsarium &c. Fratrem.

dicatur è vivis sublatuſ ad aſtra migrâſſe  
Rex vatum, Claria fama MELISSVS aque.  
Ecquid inaudiſti? ſi fama eſt congrua vero:  
Proh cecidit noſtræ Sidus amicitia!  
Sentiet hæc parvam Phœbi Reſpublica cladem,  
Quæ ſtetit ac huius floruit auxilio.  
Nunc edere ſine honore jacent, & nomina vatum:  
Dum Rex illorum funere merſus obit!

ucti  
AD RHODOMELLAM.

am:  
Forma, pudicitia, pietas, tria maxima dona,  
Ornant virginium floriditate chorum.  
Concurrunt raro, nec in unâ ſede morantur:  
Hæc in Te, Mea Lux, fœdera juncta colunt.

IN IOANNIS BURMEISTERI LVNÆMBV RGI  
P. L. & Philotheologi, Parodiarum ſacrarum  
ex Martiali librum primum.

lore  
IN ſacra Bibliſci, JANE, ſcurrilia vatis  
Carmina dum vertis: prodis amoris opus  
Puri, quo purum complecteris uſq; Jehovaham,  
Et fugis impuros, quas vetat ipſe, ſales.  
Purus es Aönidum cultor: tua pura legentur  
Carmina, dum Clarij Numina fontis erunt.

AD IOACHIMVM FATHMANVM, VIRVM HO-  
nore & laude digniſſimum.

ut,  
AD  
CA  
AS

Quòd



*Q*uod non officij tibi committantur honores,  
Conquereris, nec par fratribus esse queas.  
Parva nihil curans nequit ad majora levare:  
Plurimus ex humili surgit ad alta loco.  
Sedulitate tuum tamen, ut fas, perfice munus;  
Linque nec officij munia honesta tui.  
Sit tinctor, cui tincturam fortuna paravit:  
Contentus sapiens conditione sua est.

AD PAVLVM A GIZBICE PRAG. POE-  
tam Nob. Cæs.

*S*ive bibam memor aure tuos recitemue lepores,  
Sive legam Musæ carmina multa tua:  
Miror, & immodico proh ferme diffluo risu:  
Hac quia diffundis fertilitate sales!  
Fallor an usq; tibi furor ille poeticus adstat,  
Et te perpetuis motibus actat amor?

IN MATTHÆVM ZVERVM P.L. PRO BERN-  
ARDO PRÆTORIO Iespurg. Chatto, P. L. &  
Reip. Not. Synd.

*Q*uod colat Aönides, sed Græca volumina raro  
Volvat PRAETOR, ais Zubre; probare ne-  
Immò fit huic à te vehemens injuria vati: (quis.  
Namq; ita Marguni littera testis erit.  
Excusaretur forsàn, non sepè Pelasga  
Si legeret, juris dum fuit Oceanum.

AD



AD M. IOANNEM PHILIPPVM VOLLOCK POE-  
tam Nob. Cæs. & Pastorem Ecclesiæ mi-  
noris Ottoniæ.

**Q**uem commendasti, VOLLOCKI clare  
Poëtam,

Vt lauri premerem tempora docta comis:  
Tramittenda mihi, dignum si musa probabit:  
Mox voti compos fiat honore sui.

AD IOACHIMVM FATHMANVM.

**V**Nica te cunctis hæc torquet cura diebus,  
Conjuge quei possis commodiore frui.

Feminio dives sexu terra omnis abundat:

Hinc forsân, curis qua medeatur, erit.

Patria si, JOACHIME, negat, dabit extera tellus:

Consilij fructus experiere mei.

AD RHODOMELLAM.

**Q**uid voltus RHODOMELLA mei mirare  
nigrorem?

Me Sol, Aura, tui nempe nigravit amor!

AD PETRVM PRÆTORIVM STEND. LL. C. N. P.  
& Poligraphum Reip. Patr. super.

**I**am satis indultum est, ô PETRE, Themistos a-  
Nunc aliam tēpus suadet amare Deam. (mori:  
Divite & egregiâ te virgine fata beârunt,  
Quâ meritò dignus propter opes animi.

Census



Censu equidem & facie claram & virtute uellā  
Largiri poterat exera terra tibi.

At Venus inde vocans ad amœna mœnia vallis,

Copia cui lapidum nomen habere dedit,

Heic te polcra manet Schönbecia origine virgo,

Et dudum locus heic est tibi fixus, ait.

Nec mora, fida fides Cypridos promissa secuta est:

Nunc it in amplexus casta puella tuos.

Nidulus ô si talis in hac me valle maneret,

Adflaretq; bonis Me Cytherea suis!

Non temerè, verum fato connubia fiunt:

Cuilibet à Iovâ femina lecta datur.

IOACHIMO FATHMANO, V. ET  
amico lepidissimo.

**D**icitur omnis amans fatuus, *FATHMANE:*  
probari

*Illud an ex omni dic mihi parte queat?*

*Imò incautus AMANS, cui vis qui credit amores,*

*HIC verè est FATVVS, nec ratione valet!*

AD NICOLAUM VVERNICKEN IUNI-  
orem, Civem Stendal.

**D**um toties nobis insignem dote puellam  
Exoptas, animi symbola cerno tui.

Divitia sunt dona DEI: queis publica suevit

Res conservari, crescit & artis honor.

*Atta-*



*Attamen uxorem, censu quæ dives & auro,  
Curo parum: fluxas mens mea temnit opes.  
Hanc volo, quæ virtutis amans, non pectora fastu  
Plena gerit: satis hæc, si bona, dives erit.*

IOACHIMO FATHMANO.

**C**Armina do Nymphæ: tu das, FATHMANE,  
placentas:

*Has num carminibus præferat, ambigitur.  
Carmina tam Musæ dulcissima, tamq̃ placentæ  
Scilicet effectum nondum habuere suum.  
Musa triumphalis licet hæc in parte coronam  
Non mereat, Cyprij non ea honoris eget.*

AD ERICVM SAGITTARIVM AVRIFA-  
brum & civem Stendal, virum bonum  
& doctum.

**H**istoria suavi qui delectaris amore,  
Aurique inter fabrilia in historiis  
Totus es, & toties Plutarchi scripta revolvit  
Laudato dignam rem (puto!) cive facis!  
Non alios cessa exemplo præcedere tali.  
Quæ datur historiis hora, perire nequit.

AD RHODOMELLAM,

**E**s nive candidior, cur candida membra lava-  
cro  
Purgas? an labes corpore fortè latet?

An



*An candore tuo cupis innotescere cunctis,  
Et quod apud vulgus quærere nomen habes?  
Scilicet hoc ipso verè RHODOMELLVLA mon-  
Quod non in toto corpore menda latet. (stras,  
AD IOACHIMVM FATHMANVM, VIRVM  
non infelicem.*

*SIs in amore licet longè felicior, & te  
Præferat, ut dixti, mellia virgo mihi:  
Id quod testatur satis experientia: Namq;  
Colloquiumq; mihi lautaq; labra negat:  
Non tamen in video; grator magè. Teda jugalis  
Iungitur, & fati solvitur arbitrio.*

IN CLERICVM LIBELLOS  
famosos spargentem.

*Clerice, qui ventrem magè quàm celestia curas,  
Famosos spargis, scurra moleste, libros.  
In summis qui te protexit FOVA periculis,  
Non impunitum crimen abire sinet.*

IN CVRVVM TYPOGRAPHVM, LIBELLOS FA-  
mosos subpressis nominibus publicantem.

*Quando Typographe curve laceßis dente Poëtas,  
Te lacerabunt & corripient miserè!  
Stulti qui sint.*

*Luser amans FOVA, cùm milite, fidus amator,  
Scilicet insignes hi fatui esse solent.*

DE



IOACHIMO FATHMANO, VIRO CARMINE  
urbi & orbi notissimo.

**Q**uod non, ut reliquos, quoque te comitentur honores,

Vlterius cessa nunc IOACHIME queri:

En te Pieridum majori maectat honore

Turba, ve hit numeris dum tua facta suis.

Hic honor, à Musis qui manat, durat in ævum:

Pieris exstructos effugit una rogos.

AD AMICAM.

**L**ux mea, dum patriam mihi mittis ab urbe salutem,  
Pocula pro vestra mille salute bibam.

DE AMORE SUO.

**M**irantur multi, quod in uno sapè libello  
Sint mihi cum Dominam iurgia paxque mea.  
Acceptent alij, quas non Bellona gubernat:

Osculor acceptas has in amore vices!

EPITAPHIUM CERBERI.

**C**ERBERVS è vivis exemptus! funere cuius  
Gaudet Amor, Phæbus Pieridumque chorus.  
Qui nunquam placidus Phæbi turbaverat aulam,  
En dedit hunc tandem Jova quiete frui.

Carmine qui vates acris sine fine momordit,

Ausus & immeritos dilacerare viros:

Vixit & indomito brutorum more, gulaque.

Deditus & ventri, vatibus opprobrium!

Sublato hoc scurrâ potiuntur pace Camena:

Pristinus & Musis restituetur honos.

AD



AD INSIGNIA NOBILIS POETAE  
D. Bartholomæi Bilovij à Bilou, Comitiss  
Palatini, Equitis Aurati &c.

**C**ygneus ovans, certusq; mori per carmina, pēnas  
Explicat, inq; Rosa nobile germen alit.  
Nascitur inq; rubro, ac niveo Rosa discolor ortu,  
Et quia nata rubro est, candida tota nive est.  
Germinat in spinis, fuga quam dum purpurat ævi,  
Ex niveo innati signa ruboris habet.  
Hac ne ea temperies sacris accommoda Musis,  
Inq; Rosa hoc fatum versicolore docet?  
Inter enim ut spinas Rosa formosissima inaurat,  
Hinc coma purpureis stringitur è foliis.  
Viq; ævi fuga quaq; metit decora optima florum:  
Quæ velut immissa falce securis atrat.  
Sed quæ virtutum de germine surgit in auras,  
Æterna folium posteritatis habet.  
Hac ea Bilovi Rosa, quæ tua stemmata signat,  
Cygneus ut invicti Caesaris arma sonat.  
Qui legis inde Rosas, animi spe vince laborem,  
Albescent tandem, quæ rubuere, Rosæ.  
Nominis ac diadema tui se casside tollet,  
Et clara Ingenij prosperitate feret:  
Vellitur è spinis Rosa nunquam pulcrrior, illa  
Quæ se virtutum germine tollit humi.

Henr. Bolschenius, J.V. D. & P. C.




Ja 2400

ULB Halle

3

003 919 226




Sb.

WMT

ma











BARPTOLE<sup>7</sup>  
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XIX.

In tesseram Domini Bilovij Comitis Pal. &c.

*Spes mea CHRISTVS erit; Durum Pati-  
entia vincet.*

**E** St tua spes Christus, COMES, & victoria,  
duri  
Passio: Fert Palmam passio, Christus  
opem.

Inq; malos pennæ gestas vibrasq; secures:  
Spes Styga, dura ferit passio, penna malos.

*Thom. Niv. Poëta Cas. Lector Canoni-  
cus Eccl. Met. Magd.*

MAGDEBURGI,  
Typis Andrea Dunckeri, ANNO

M. DC. II.

*L. V. Du. Alberto Voito  
Jf. Gyng Senes. Bil.  
Sal. nuncio.*